

## EGYHÁZTÖRTÉNELMI ADATOK.

### CXVII.

HUNYADI DEMETER UNITÁRIUS PÜSPÖK ZSINATOT HIRDET TÖRDÁRA  
1592. MÁJUS 31-DIKÉRE.

Kelt Kolozsvártt, 1592. ápr. 25-én.

Demetrius Hunyadinus, Pastor in Domino Colosvariensis, et Superintendens Ecclesiarum Hungaricarum passim in Transylvania verum unum Deum viventem, et filium eius unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum mediatorem unicum puro ac sincero pectore In Spiritu et veritate profitentium, Venerabilibus ac Integerrimis Senioribus, fratribus in Deo dilectissimis, nec non reliquis universis Verbi Divini praeconibus fidelissimis, una cum Scholarum moderatoribus, nostre Jurisdictioni in domino subiectis gratiam, pacem, misericordiam, et spiritum sapientie, atque Illuminationis a Domino Deo Iisraelis, per Jesum Christum crucifixum toto ex animo precatur. Gravissime sane simul ac sapientissime, Viri Venerabiles, ab Isaia propheta sacro Domini spiritu coelitus afflato dictum illud olim fuit, Impiy ut mare feruent, non est pax (dixit Deus) Impys. Etenim sive mores et naturam quis spectet eorum, qui coeno Impietatis alto Innoluti, cum sese maculant ac deturpant, tum furoris vestro quodam Indomito perciti deseuire in pios, simplices, ac Religionis purioris amantes non cessant: sive Justum Dei Judicium spiritum vertiginis in eiusmodi obcoecatos homines mittentis consideres, utrobiique pacem Impys non esse perfacile compieres. Itaque cum hoc quoque nostro tempore tristissimo, nec Satan ipse versutissimus, veritatis osor infensissimus, omnisque Impietatis et securitatis auctor nequissimus conqiescat, nec etiam organa eius longe latèque laxis furorum habenis grassantia religionem puram Impetere, gravare, odys, columnys et conuitys (quantum quidem in se est) cessent: utique nostrarum partium est (cum praesertim hisce proximis temporibus aliquot fratrum bonam in colendis Domini vineis operam nauantium et strenue in palaestra Ecclesie demilitantium, ex hoc mundi labyrintho, cum suo quidem lucro, sed cum manifesto Ecclesie detrimento rapti obdormiuerint) pro Domini grege serio vigilare, orare, et gladio spiritus omnes sectarum Impiarum monstrousas opiniones, ne coeptum veritatis cursum Impediant, tollere, presecare, et a sponsa Domini Jesu procul

arcere, atque propellere. Verum enim vero id praestare exacte, vel saltem utcumque pro talento nobis coelitus dato prosequi. Ita demum (opinor) poterimus, si et privatim spartam, quam quisque nostrum nactas est, ornare studebimus, et publicis in congressibus Deum precando, disceptando, arguendo mutuis colloquys mutuum consensum venari, adinuenire, et diligenter conseruare toto studio conabimur, ut rata tandem in nobis Paulina illa sit Corinthys scripta obtestatio: Precor autem vos fratres per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut idem loquamini omnes, et non sint inter vos dissidia, sed sitis coagmentati eadem mente et sententia. Quocirca ne nos quoque officio nostro hac In parte deesse videamur, constituimus (Domino Deo auxiliante) Synodum Thordam, ad diem May Mensis ultimum indicere, ac de more nostro solito conuocare, eo nimirum propositio, ut singuli fratrum aliquid, quod ei loco et tempori accommodatum sit, sive de quesitis Theologicis et mysterys coelestibus, sive de disciplina morumque honestate, sive demum de rebus alys ad aedificationem domus Dei quoquomodo attinentibus, libere quidem sed placide tamen, et omni contentionis Immundice studio deposito, In medium proponant. Hortamur igitur amanter singulos vestrum, fratres in Domino charissimi, Imo etiam pro auctoritate Ecclesie mandamus serio, ut ad diem locumque prescriptum mature atque Intempore, sine ylla tergiuersatione una cum Scholarum Rectoribus, in laudem et gloriam nominis diuini sempiternam, Ecclesiaeque emolumentum, sub poena graui rebellibus Synodi decreto Infligenda conueniatis, atque compreatis. Datum Claudiopoli 25 Aprilis, Anno a nato Christo Domino Millesimo Quingentesimo Nonagesimo secundo.

Demetrius Hwnyadinus m. p.

Eredetije az aljára nyomott pecsét helyével, az erd. Muzeum kézirattárában (néhai gr. Lázár Miklós adománya).

Közli SZABÓ KÁROLY.

## LII. ZSOLTÁR.

Dallam : Dicsőítünk és tisztelünk  
Örök Isten téged stb.

(Unitárius Énekeskönyv.)

Mit dicsekszel bűneiddel  
Te önbizott, te kevély?! . . .  
Nem érzed Isten jóvoltát,  
Mely kegyelmesen megbocsát,  
S oltalma véd, hogy te élj?! . . .

Szólsz ármány, ravasz beszéddel,  
Melynek hazugság neve;  
Nyelved, mint éles beretva  
— A nemes kebelt vagdalja —  
Te álnokság mestere! . . .

Szereted a gonoszságot,  
S a mi jó azt megveted ; . . .  
A bűn, gonosz: bálványképed !  
Mi szent, igaz: azt letéped,  
Vagy gúnyolva neveted! . . .

Jaj neked! . . . az erős Isten  
Szent haragja összetör . . .  
Kigyonlál, kitép, kiszaggat,  
A halállal elragadtat  
Az élőknek földökből . . .

S az igazak mind ezt látva  
Mondják: im a férfi ott! —  
Ki az Isten hatalmában  
Nem hitt... de bűn, s gazdagságban  
Nagy kevélyen megbizott! . . .

Oh Uram én hajlékodban  
Vagyok, élek és lakok,  
Mint a zöldelő olajfa,